

Folia ovata, petiolata, integerrima.

Racemi compositi.

Petala interne hirsuta, ut in *Lasiantho*.

Nectarii glandula 5, ovata, longitudine germinis, alternantes cum staminum phalangibus.

Filamenta quinque, apice in penicillum divisa. Antheræ globosæ. Fructus non dum visus.

Obs. Convenit petalis interne hirsutis cum *Lasiantho*.

## XIX. SYNGENESIA.

### POLYGAMIA ÆQUALIS.

*hirsuta*. SCORZONERA foliis linearibus cauleque unifloro hirsutis.

Tragopogon calycibus corolla brevioribus, foliis integris strictis ciliatis, caule hirsuto, pedunculis superne incrassatis. *Gerard. prov.* 257.

Tragopogon hirsutum. *Baub. pin.* 274.

Tragopogon alter luteus. *Col. ecphr.* 1. p. 234. t. 233.

Habitat in Apulia.

H. U.

Folia canaliculata.

Semina hirsuta, alba papposa.

*indica*. LACTUCA foliis lanceolato-ensiformibus sessilibus inæqualiter dentatis.

Habitat in Java. *Osbeck.*

Lactuca canadensis habet maximam cum hac similitudinem; convenit Statura angusta, alta; Seminibus brevissime stipitatis

Indicæ Folia magis dentata: dentibus inæqualibus majoribus minoribusque; Foliis insuper vix petiolatis, minime amplexicaulibus. Panicula magis ramosa magisque florifera.

*indicau-* CHONDRILLA scapo nudo, floribus paniculatis.

*lis.*

Chondrilla lactuceæ foro julientis. *Raj. hist.* 228. an? Habitat in America septentrionali; ad pyramides ægypti.

H. U.

Folia radicalia, runcinata, extremitate obtusa, levia, denticulato-ciliata.

Scapi pauci, pedales, paniculati, recti, teretes, laeves, foliolo uno alterove minuto.